

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioann. Ionstoni|| Historiae Natvralis|| De|| Exangvibvs|| Aqvaticis|| Libri IV||

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLXVII.

VD18 90529022

Illustration: Tab. IX. Guaia Apra [...]


urn:nbn:de:gbv:45:1-11100

Guaia Apra. Tab. IX.

Guaia

alia

species



Guaia

alia



Guaia Miri.



Ciccie Panema.



Voa Vna.

Carara Vna.



Ciri



Apoa.

Guanthumi.



Anatu et Anabupinima



Maracoani.



Potiquiquixe.

14




Potiquiya.




Guaricuru.



Pannacare.





CAPVT II.

De Guaja Miri, Carara Una, Cunuru, et Ciecie Ete.

GUAJA MIRI, cancerculus in falsis fluviis degens, nunquam excedit pruni magnitudinem; *testa* est ellyptica, anteriore parte in multos angulos definente: *Ocelli* parvi, breues: *brachia* duo, dextrum paulo minus sinistro: *crura* octo, quatuor internodiis constantia, et brevibus pilis hirta: color testae ferrugineus: brachiorum et crurum obscure violaceo-purpureus. Pili crurum pallidi, inferius forcipum latus albi-
cat.

CARARA UNA Cancer parvus, cuius corpus quadratum refert, cuius singuli anguli transversim abscissi, caeterum compressum, magnitudine semi-digiti. *Oculi* prominuli, haud longi, nigri, in angulis abscissis consistentes. *Brachia* brevia, forcipibus obrotundis crassiusculis: *crura* octo haud crassa, sed compressa. *Testa* cum cruribus hepatici coloris, seu instar hepatis tosti: *brachia* itidem: forcipes brunni coloris, qualis succus cera-
forum nigrorum: *Crura* minutulis

pilis hinc inde vestita, ejusdem cum cruribus coloris.

CUNURU, foemella est *Uca* una, figura et colore conveniens, solum magnitudine corporis et brachiorum differt, minor enim est, quam mas, et brachia habet parva, brachio maris sinistro vix aequalia, sinistrumque paulo grandius dextro; raros quoque habet pilos, cum *Uca* una tota sit hirsuta.

CIECIE ETE Brasiliensibus: *Crangverfinho des Manges* Lusitanis: *corpus* ad quadratam figuram accedit, et totum vix superat majoris avellanae magnitudinem: *Oculi* prominentes longiusculi quos recondere potest. *Crura* octo: brachium sinistrum ipsi maximum, non tamen crassum, forcipis tenacula tenuia et longa, aequalia, sine dentibus: dextrum brachium tenuissimum. *Testa* coloris hepatici: reliquum totum corpus cum cruribus obscure flavum ex pallido.

Edulis est; et Brasiliani illo curant morbum, quem vocant *Mia*.

CAPVT III.

De Ciri Apoa, Uca Una, Guanbumi, et Aratu Pinima.

CIRI APOA Brasiliensibus. Cancer marinus, *testa* quasi ellyptica tectus, quae in medietatis anterioris ora dentata, et in quolibet latere in acutum definit angulum, mediocris magnitudinis. *Brachia* habet duo mediocria, itidem dentata: sex *crura* et septimi et octavi loco posterius duos remiges planos, quatuor internodiis, circum circa pilosos, quibus utitur natans. *Oculi* longe a se invicem distantes, parvuli, cylindracei, crassiusculi, non tamen longi et ad quemlibet cirrhulus eminet instar pili. Totius testae color fuscus, seu nigricans, in qua diverso fusco cordis figura, aliae-

que depictae. *Brachia* fusca, forcipes ex caerulecente alben. *Crura* ad medietatem internam viridi et albo mixta: medietates exteriores caeruleae: remigum extrema pars, quae lata est, caerulea, reliqua viridis et albo mixta. *Corpus* interius etiam caerulefcit. Boni sunt saporis. *Ciri* ordinarie in fundo aquae salsae ambulant, interdum tamen ad littora prodeunt cum decremento maris, sed rarius. Capiuntur maris refluxu.

UCA UNA Cancer in palustribus degens, *corpus* ejus ellypticum, superius convexum, juglandis cum suo cortice magnitudinem aequans
e vel